



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. In viam iacobum & iohannem reducit per calicem suum, hæc quippe est semita nubium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

rogas, quod te Pater sublimen exaltabit, ac glorificabit, cuiuslibet laboris, penitentiae, mortificationis ignarum, qui nec vicam iniuriam, aut calumniam perfere velit, aut si velit, nescias imperturbatus? Num tibi concedendum regnum patris sumis immerito? Extruit mercator opulentus officinam, auro gemmis, stragularis vestibus abundanter instructam, suoque lucro iam avidus inardescit, ut nec liliū gratis distrahatur, ut nec proprio quidem filio, quem vita sua habet chariorem, tantum detulerit, ut gratis ei daret vel aciculam, sed accedenti ac à parte poscenti carbasum auro intertextū, tenuerit nisi pro vna centum ducatos persolveret. Si tu peregrinus accederes ab eo; quæreres aulea pretiosissima trium simbrarum aaglyphia eius officinae, posceretque à te pro vna vicium regnum; tu verò cum quasi de pretio summo quæreres, tibi responderet? Sic enim? noueris amice, merces esse tales, ut à proprio filio, qui mihi ipsa est vita charior, exegerim pro vna lini tenuissimi, nec operis cœlati, centum ducatos, nec moleste tulit, tanti quippe valebat, tu verò te grauati à me conueneris, dum à te pro stragulis, quæ extia omnem comparationem sunt pretiosiora, denarium pro vna repesco? Inuiste conueneris. O ditissimum mercatorem Deum, qui maximam erexit officinam opere Phrygio gloriæ, peritomatibus, diuitijs, quiete, honore ad luxum instructam; omnibus illam extendit, & Isaiā clamitat præcone: *Venite, emite* &c. Non enim gratis vel minutam cœli vendit voluptatem: quid dico, ipsi filio telam simplicissimam, corporis sui gloriam gratis non vendit, sed pro illa omnigeros in corpore animaque pertulit cruciatus: *Vsq̄ ad mortem, mortem autem crucis. Videmus Iesum* (clamat Apostolus) *propter passionem mortis gloriæ & honore coronatum.* Non animæ gloria, illa quippe ab instanti purissima suæ Conceptionis fruebat. Tu accedis, pulcherrimumque ab eo postulas auleū, vestem stragulam, animæ intelligo gloriam, eum dotium clarissimis simbrijs, quæ ex illa profluunt, & corporis beatitudinem, qua regnes in omniua sæcula, purpuram illam regalem, quæ nihil in cœlestibus eminentius; in eius communicationem exigit à te nescio quantum laborem, ut vnicum patienter feras verbum contumeliosum, ob leuem ne murmurēs corporis infirmitatem. Si tibi terrena deficiant bona, ne conueneris, ut vel paucis ieiunij diebus, carnem tuam paululum refrenes, rebellum Deo consignes voluntatem. Heu Domine, quam carò, sed attende, quæso quam caro proprio filio corporis vendiderit gloriam, telam minoris valoris. Tuam arguo impu-

dentiam, qui aliam tibi præsumis viam, ab ea longè diuersam, quam ipse Dominus tuus perambulauit, & per quam venit ad regnum pliosius.

§. 8. In viam Iacobum & Iohannem reducit per calicem suum, hac quippe est semita nubium.

EX hac doctrina collegerunt D. Augustinus & D. Gregorius rationem; cur Christus bñ nos illos germanos hoc in colloquio, vocauerit ignorantes, & quidquid peterent, nescientes. Loca quærent in Christi regno primaria, carnis & sanguinis nūi cogitatione, vel amicitia & propinquitatis gratia: *Nescitis quid petatis: hæc non est, nescitis quid vobis postuletis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Ad viam tumentia discipulorum coram reuocatur ait D. Gregorius.* Hæc eme loca in regno meo postulas? En quam à recta via deuiatis; huc accedite, & in rectam vos viam restitutum. Potestis bibere calicem meum? Vos discipuli estis; ego magister, vos serui ego Dominus: *Vos vocatus me Magister & Domine, & bene dixit: sum enim.* Quid ergo creditis? num magistro discipulus præcederet? num seruus melior, num priuilegijs auctor domino? Opinor, ait, D. Augustinus, Prophetam David in spiritu petitione hanc discipulorum audiuisse, & quasi præcium illis respondere: *Vanum est vobis ante lucem surgere.* Ex D. Augustino ex parte idem mutatus est D. Bernia. Emphatica sunt hæc verba: *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* In memoriam reuocat hominis natalium vilitatem: q. d. O terreni homines, extortes paradiso, ad panis in sudore vultus vestri esum condemnati, ad labores nati, quibus pro bucella panis, sudandum, laborandum; sic eme euanescentis, ut ipsi velitis luci anteferi? Hoc etenim indicat illud: *Ante lucem surgere.* Ut eodem sensu D. Iohannes Baptista de Christo: *Ante me factus est.* q. d. prior, dignior me est: antecedit me; rapit mihi palmam. Christus lux est diuina: *Candor lucis æternæ* &c. Ego sum lux mundi. Sicut enim lucis origo ex cælo 38. proualcitur, ita Christus, cum sit cœlestis, & de cælo descenderit, ut nos eo deduceret, tanquam cœli Dominus, eo regreditur, per crucem, irrisiones, humilitatem, hac via primas in cælo sedes est consecutus: *Humiliatus semetipsum &c. mortem autem crucis &c. propter quod & Deus exaltatus illum &c.* An ergo hæc vestra non est vau-

I. Similitudo.

II. Christus gloriam suam passione meruit.

Isai 55. 1. Hebr. 2. 9.

vanitas, ac temeraria superbia quod velitis ante illum surgere? laci velitis auferri: tenebas? Domino seruos? Discipuli los magistro? Ves arguit Dauid, inquit D. Augustinus: *O filij Zebaidi, Dominus ipse vester, quis est lux vestra, humilitatis est, ut exalietur, & vos surgere velitis, antequam sedentis, antequam humilietur? recordamini illum vobis dixisse. Non est discipulus super magistrum, perfectus autem erit, si sit sicut magister eius. Ego per calicem ad regnum tendo. si aliam vos queritis viam, Nescitis quid petatis. Rectam, veramque queritis viam? de bibendo meo calice vestrum sit negotium: Potestis bibere calicem? &c.*

Quantum sapio cum illis, agit, sicut antiquus cum Moysi, qui cum Deo libellum hunc supplicem instantur, humiliterque obtulisset, *Offende mihi faciem tuam: Nequaquam, respondet Deus: Nescitis quid petatis, non vid. hi me homo, & viuet. Attamen hoc tibi indulgeo: Postiora mea videbis. Quid hoc rei, Domine? Facies petit intuerum, at tu illi: oculos reflecte ad perliciora. Grande sacramentum, inquit D. Gregorius Nissen. a. D. Bernardus. b. Est Deo facies, lunt & humeri: facies pulcherrima, eius est diuitas, gloria, clantia, cuius aspectus beatificat mentes: *Saturbor um apparerit gloria tua.* Humeri seu posteriora eius est humanitas stat flagellis casta, spuita, cecata, cruce, onerata, confixa clauis, spinis coronataque quibus ore Dauid. *li. co praeciat: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quae est peccato tua? Dei vultum intueri? eius gloria potiri? eius delectari beatitudine? Ad posteriora conuertere, eius imitari stude vestigia, curte post illum Euro velocior, hac enim illo te se, o peccatorum. *Quis vis delicatus, ad se peruenire (ut D. Augustin.) ad quod Christus, 6. de istis non perueni, nisi per crucem? I. circo se statuit principium, vt videas, quod si illi haec sit tenenda via, non tam: s mente delirus, vt tibi aliam velis ingrediendam. Hoc est, inquit, quod Christus suis indicat discipulis: *Ad se suam e. s. reuocet. Querit alienus domum ingredi, & per parietes parat ingressum, illum manu retrahit alius: atque, Huc, amice, conuertere, eni patet hic porta.****

4. Reg. 10. 13. *Lstituto nostro maxime congruit historia regis Iehu, quam dicente spiritu S. scriptam legimus. Accingit: numeri Iehu, rhedam asce dit, progreditur. In via venit illi obuius nobilis quidam nomine Ionadab: a quo dum quaerit, quod tendat respondet Ionadab, eodem quo Dominus tuus Rex. Itane? eodem mecum tendis? *D. Augustin. Bapt. de Lanna. Tpm. 11.**

quid est cor tuum rectum, sicut cor vesurae tuo carne tuos Respondet. Rectum, Domine mi Rex: *Si est, inquit, da manum tuam. Quis docet et manum suam, at ille leuauit eum ad se in curruum. Clauic laus meum, ad eum quippe locum, quo proficiscer ego, hac est via recta. Impleta est hac figura hodie in Christo cum discipulis suis: & hoc ipsum vobis dicit, mihi & omnibus. Est re tibi amicus eo tendendi, quo ego primus proficiscer Caelum petis? Ascende igitur mecum curruum istum crucis, laborum, cruciatuum, mortificationis, ieiuniorum: te mihi coniungit latiusque mecum cingere oportet. Ad bolum cadit, quod Dominus dilecto suo ait discipulo: *Qui videri, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sed. 12.**

Q. omodo tu Domine in throno gloriae confidisti? post emensos immensos labores, mille perpeffos cruciatu, iniurias toleratas, post grauissimam humeris meis crucem baulatam. Si vos alio sedere modo pretenditis: *Nescitis, quid petatis. Hae notans D. August. de larat Christi verba ad Nicodemum: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis. Quam est hoc verbum obsecrum? si solus ascendis, quia Iohs descendisti, quae nobis spes est ascendendi? va nobis. Vidit (inquit D. Augustin.) Christus magistro illi Nicodemo gratem exposere Theologiae quaestionem. Est Christus, caput nostrum: *Ipsam dedit caput, sed nec caput abscisum, qui uno corpori nempe Ecclesiae coniunctum: sicut enim corpus iustus, vitamque sumit a capite, sic & a Christo corpus Ecclesiae. Quando dicit Christus, quod ipse solus caelos ascendat, si u non excipit seu excludit corpus. Intrare vis cubiculum, & ait caput tuum ac lingua: Domini: ego solus sum ingre sturus. Tunc tantum, caput ingredieris? Et brachia, & manus & pedes? membra non excludit corporis, quae illi admanant.**

Audiamus ipsum Augustinum: *Non ergo illum, s. lam, qui est caput nost. um cogitemus, quando audimur, in loqui, sed cogitemus Christum ca., in expone: & corpus, totum in egrum quendam virum, si. iitu. N. bis enim dicitur ab Apostolo Paulo. Vos autem, si T. 8. estis o pes Christi & membra. Et de illo dicitur ab, 1. Cor. eod. m. Apostolo. Qui est caput Ecclesia. Si ergo ille, 12. E. caput, nos corpus, totus Christus caput & corpus, phes. 3.*

Iuxta hanc igitur expositionem, ait Dominus nemo ascendit in caelum, nisi qui mihi coniungitur, sicut caput corpus, factusque sit mecum vnus per f. lem, & charitatem. Ita vidit Spiritus S. sponsam caelestia petentem, sed vnitam sponso: *Qua est super ista, qua ascendit de deserto, delicyi affluens, unixa*

Apo. 3.

100. 1. 132

D. Avg.

Can. 8. 76

Z

super altitatem suam. Ita ut nulla nobis spes sit
ecelos scandendi, nisi capiti nostro unitis, factis-
que membra eius ac corpus. An te congruum
foret, brachium diceret: in illam intrare solim
Ecclesiam, quo caput meum ingreditur, istud per
illud, ego per ostium alterum ingrediar. O misere-
rum brachium, actum est de te, cum non inceden-
do, quo pergit caput, nullam ab eo vitam sis re-
cepturum, nec, quo illud, in gressu rum. Modo ca-
put loquitur: Ecce ascendimus, coniuisti procedi-
mus, quo ego vado, considerate, qui caput sum,
mibi quippe coniuisti, eo estis, quo & ego, necum
alce, iuri.

1.
Similitu-
do.

13

Philip.
3.8.

Hinc lucem capiunt grauissima illa D. Pau-
li verba ad Phil ppen. Quaedam supponit egre-
gia sua facinora; de quibus postest gloriari, cum
apud vulgus illa magnifereat. Magnam suam
literis, claritudinem, actus celeberrimos quod
natione Hebraeus esset, res, tum temperis tan-
ti nominis, quanta modo ignominia, inter res
nobis, inter infideles eius Romanus. Atta-
men haec omnia, inquit: Arbitror ut perco-
ra, illi tantum studens, hoc si lum cogitans:
Vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo.
Nota loquendi phrasim: Inueniar in illo. Hoc
cogito, hoc exopto, hoc mea interest, ut in Chri-
sto inueniar, Christo viuam, Christo compagi-
ner. Quod hoc quae haec vno, qua consuetudo?
Paulo clarius explica: Ad cognoscendum illum,
& societatem resurrectionis eius, & societatem, as-
sonum illius, & figuratus mortis eius. Si quomodo
occurram ad resurrectionem, qua est ex mortuis.
Diuina sane verba. Percipio me Christi o; et fi-
dem vitae trita per illam cognoscendo. Primum:
Ad cognoscendam illum. Quis ille sit, cui ser-
uio, Dominus quem sequor, dix: naturalis, ve-
rusque Dei filius, pro me homo factus. Hec pri-
mum est principium, quod velut secutum quod od-
dam si proponendum est fundamentum. Secun-
dum: Inueniam resurrectionis eius. Hoc est, si
meritum sit, sua pariter virtute resurrexit. Meri-
tum est ut homo, qui veram habebat hominis na-
turam, resurrexit ut Deus, qui diuina pollebat
virtute. Tertium: Et societatem passionum illius,
ut sim passionibus mortisque illius configura-
tus, ac consecratus. En vniuersi effectum, illi de-
sidero consecrati, eum in partibus, tormentisque
consecrari, difficile ramque haec conseruatur vno,
si societas nisi sit passionum, si ipso per viam
dolorum incedente illam ego rem am ingredi,
sed optem quietis mollitiam, si ipso per hanc in-
grediente pertram, ego aliam mihi quartam ape-
riam. Hoc me fides docet, hoc mihi cognoscere.

um, si laborum socius non fuerim indiuiduus,
ab eius me gloria diuicendum, talisque sit epe-
ret haec vno, ut in me eius passionum, ac patien-
tia qua vsque ad mortem illis sustinuit; figura
exprimatur. Configuratus mortis eius. Admiran-
terba. In te conspicienda veniat in ago Christi
passionum, illatas tibi patienter sustinens iniurias,
ubi irrogatas remittens calumnias, pro falsis in-
te testibus Deum deprecans, peccatis pauperum
animosus, morbis attritus, sed inuictus; &
hoc, inquit, meum est studium, ut socius dum fu-
ero cruciatus, humilitatis, martisque crucis ig-
nominiosae, sum & gloriose particeps resurrectio-
nis. Si quo modo occurram, ad resurrectionem, qua
est ex mortuis. Pendeat verba. Si quo modo, &
multi sunt gradus, modisque resurrectionis glo-
riam magis, alij minus illam inueniunt; illi se-
ro dantur, secundum illos gradus, quibus in-
se quisquam aliquid expellit mortis Christi,
eiusque passionis. Fecimus ille gloriam conse-
quetur resurrectionis amplietem, qui in se Chri-
sti passionum imaginem praetulerit perfectio-
nem: hoc D. Paulus inuere videtur, dum ait:
Sciens, quod sicut socii passionum estis, sic et
resurrectionis & conuersionis. Nota conuersionem: si
mens sit illi in res rectionis gloria socii, eius
te doloribus passionis oportet & sociari: tantum
etenim eius gloriae particeps, quantum fueris pas-
sionis eius.
Et hoc est (teste D. Cypriano) quod dile-
ctissimus Christi discipulus aiebat: Qui de-
se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit,
& ipse ambulauit. Num Christi te re-
putas membrum? Num eius te proatens
scipulum? Num illi desideras couari? Illi-
ne es? Non es ergo, te cum illo oportet
te, & qua ipse ambulauit, ambulare. Haec
illa via est, qua illic perueniunt, quocumque
illic cum ipso regnant, nec aliam inueniunt.
Ostendit olim Deus charissimo tibi D. Iohanni
Sanctos in caelo triumphantes: videt illos for-
ma delecto, facie venusta, vestitos albis, in-
star niuis, vestimentis, quibus essent & palmae
in manibus, & in capibus diademata. Ta-
li Ioannes pulchritudine stupefactus, totan-
que Sanctorum spectans multitudinem, raptus,
ecce vnus de senioribus, canitie venerabilis,
accedens interrogat. Nollim' o Ioannes, cui
sint hi, & vnde venerint. Tu, Iohanni, Domine,
respondet; amabo, dicit mihi; vnde tanta illis
beatitudo? Hi sunt (ait) qui venerunt de tribu
lacione magna, & lauauerunt stolae suas, & d. alia
uerunt in sanguine Agni. Notate mysterium.
De

De magna tribulatione, multis contumis silentio toleratis, multis ieiunijs strictissimis ad macerationem carnis institutis, multis vigilijs asperis, multis grauioribus morbis, paupertate multa, arantibus multis. Illos intueri; luminaria in illos desigge, & videbis D. Laurentium de craticula ascendentem, D. Stephanum de lapidum imbre, D. Ignatium, de vnguibz leonum, D. Christinam de serpentum moribus, D. Apolloniam de flammarum incendijs, D. Franciscum de altissima paupertate, D. Dominicum de horrendis corporis castigationibus: *Hi sunt, qui ueritatis de tribulatione magna.* Quia uigilant uia speras imo presumis te illo percenturum?

Merito miramur, id quod Eliud amicus Iob, Iob 17. 5. illi quondam solentium proposuit: *Numquid non* 12. Mar. *si semitas nubium magnas?* Ita notat D. Gregorius: Baritarum sonat. Quis nubes uias uidit uigilant perambulante? addo, si semitas uias, quomodo late? Mentem erige (monet D. Gregorius) & intellige, non tam illud loqui de nubibus illis mortuis, quae media aëris regione circumuoluntur, quam de alijs uiuentibus. Qui sunt haec nubes, nisi sancti? Tales uidit illos Ilias leues, S. Spiritus impulsu agitates: *Qui sunt isti, qui ut nubes uolant?* Numquid considerasti per quam angustas perambulauerint semitas Sancti ad coelum, illoque tandem feliciter peruenerunt D. Petrus crucifixus, D. Paulus capite truncatus, D. Bartholomaeus excoriatus, D. Marthias lancea transiit, D. Iacobus gladio percussus, D. Iacobus minor in praecipiti delectus, D. Andreas in cruce transuersa defunctus. Tormenta perpende, quibus Christi martyres ascenderunt, penitentiae opera, ac uigilias attende Confessorum, mortificationes uirginum obstupescere, semitas angustas, attamen illis fuerunt & late & magne: *Semitas magnas:* ex amoris enim latitudine, praerisque fiducia, cuncta parua, ac modica illis esse uidebantur, unde cum Davide pangebant alacriter: *Viam mandatorum tuorum cucurra cum delictis cor meum; Et ambulabam in latitudine.* Qui agit tibi credis conperueniendum. Hanc rectam esse uiam opinaris, non nisi uenari uoluptates? Nec minimum uerbum surda aure pertransire? Diebus uenaris uel Sabbati non ieiunare? Carnis in omnibus appetitibus indulgere? uel lenissimam uelle perferre corporis infirmitatem? ne deuarium pauperibus elargiri?

D. CHRYS. Tu (aucti D. Chrysolto.) neque Paulo uisior es, He. 6. 6. *naeque Petro. Si uis eadem cum illis assiqui, quid* 1. Pet. 2. *contra riuum ambulabis uiam?* Accuratè dixit aucti

amicus Iob: *Numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?* q. d. Numquid tibi adscribis, quod Deus in tua gratiam, mutabit in mundo dispositionem rerumque ordinem? Quod tibi persuades, quod propter te recentura transtulerit uniuersi? Conditis tui caulis regias semitas esse transferendas?

Vocat D. Gregorius. Nazianz. cruceem & laborem: *Regiam ad caelum uiam.* Primo: quia trita, disposita, & signata est per ipsum Regem: *Via regia: quia constituta est a rege.* Secundo: quia ipse Rex, omneque eius aulici ac optimates eam perambulauerunt. Tu iudex esto, num conueniens sit, aliam esse tibi praeparat: *Numquid propter te &c.* Haec igitur sit ratio, ob quam Christus duorum fratrum petitionem ut inconueniam, stultamque reijciat: *Nescitis quid petatis.* Ea quoque de causa (testis est D. Leo) coram his duobus fratribus, repulerat Dominus D. Petri petitionem, dum in monte Thabor, eius gloriae spectaculo delectatus, quo Christus eos recreabat, ibi figere tabernaculum perpetuamque optabat mansionem: *Domine, bonum est nos hic esse.* Vbi hoc notat Euangelista: *Non enim sciebat, quid diceret:* (confer illud. *Nesciebat,* cum hodierno. *Nescitis*) idcirco, nullum ei Christus dedit responsum, hocque statuit, ut uox de caelis audiretur: quae & ipse Petrus, ceterique duo in terram prosternebantur: interuentum enim erat, bonis uelle potari caelestibus, nulla praerua laborum, peruarumque tolerantia, quibus illam mererentur. *Huius suggestioni,* loquitur ipse D. Leo) *Dominus non respondit, ut intelligeremus, in eorum actiones huius uita, prius nobis tolerantiam postulandam esse, quam gloriam.* Aucti D. Ambrosii de hoc iudicium: *Prapostere petunt:* primum eterum petunt, quod erat posterius postulandum, inuesto procedunt ordine postremo quippe loco gloriae prouenit, quam illi primo uolunt collocare. Quocirca ipse D. Petrus postmodum sapienter, ipsam beatitudinem uocat: *Posteriores gloriae.* Numquid primae sunt gloriae, numquid & postremae? illas uocat: *Posteriores,* comparatione tribulationum, arumarum, & crucis, quae debent anteire: sic enim hunc in Christo ordinem obseruamus: *Praenuntians eas, quae in Christo sunt, postiones, & posteriores gloriae.* Hunc Christus ordinem obseruauit: si alium intenditis: *Nescitis quid petatis.*

Fuse de hoc tractat argumento D. Augustinus hoc expendens. Quod licet in pluribus David figuram gesserit Saluatoris, qui in operibus, ad-

D. GREG. NAZIANZ. Orat. de plaga grandinis.

D. LEON. Serm. de Transfiguratione.

Matt. 17.

1. Pet. 2.



busque heroicis, Christi præfigurabat actus heroico; admittendaque facinora; particulariter tamen Christi expressit imaginem, in eo quod licet ab uictoria sua per Samuelem in Regem super Israelius habuerit regni, ita tamen Deus disposuit, ut illud pacificus non posse leti, nisi prius pluribus fractus laboribus, belis fatigatus, perfectionibus à faceto Saule Rege in se iniuste commoto exagitatus. Hoc igitur quasi securo iacto suadamento, hanc proponit rationem: Porro si ipsum caput nostrum sine primo peracto labore in terra, in caelo regnare uoluit, neque leuare sursum corpus, quod deosum accepit, nisi per tribulationis usum, quid audet membra sperare, capite suo se esse posse sibi iorari? Si parrem sanctias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Non ergo speremus meliorem uiam: quã præcessit, eam uia, quã duxit, sequamur: si enim à uestigio eius aberrauerimus, perimus.

D. Avo. In Psal. 51. In Princ. 28. 8.

§. 9. Multo uales gloria. multo est labore comparanda, illo Sancti delectantur.

14. Rom. 6. de uerbis Domini. 1. Omnia non nisi labore compantur.

Hinc duo colligit D. Chryostomus. a. Primum, quæ etiam D. Augustin. b. notauit, quod pene nobis omnibus dici possit: Nescitis quid petatis. Maxime tripum inter homines est illud axioma, nihil esse in mundo, bonum reputatum, etiam si minimum; quod non multo constet labore: nec enim agricola colligit sine sudore tritici granum, nec uinæ racemum, nisi uineam putet, aut sodiât, nec denarium mercator, nisi summâ diligentia sua dirigat negotia, nec iora disceit studiosus, sine nocturnis uigilijs, diuinisque studijs, nec uel uiam litigans obtineat prouisionem, & sepe sibi contrariam, sine sollicitudine multa, ac denarium expensis: nec quælla uiam uenustata uestigium, nisi aciem suam miris modis exerceat. Quid igitur dicemus de ijs quæ apud uulgus magni aestimantur? Quæ munera, quæ itinera, quæ sollicitudines infatigabiles, ad obtinendam honoris dignitatem? Quæ genuflexiones, submissiones, molestia, conuictorum tolerationes, longæ, ac rædioso expectationes, ut suam quis consequatur prouisionem. Solum ergo ipsum caelum quæris gratis, ac sine labore consequi beatitudinem? Nescitis quid petatis. Hoc in ore uersatur omnium, nesciam mercatorum, sed eorum quoque, qui tales non sunt: multo constat, quod multo ualeat; fert quippe mercator molestè, quod pro pretiosissima, ei solum in pretium offeras. Si

pietori pro imagine ad uitium elaborata, quatuor offeras denarios, respondebit: natio me suspendis adunco.

Quanti cælestis uales gloria? Iam hoc Dominicâ præteritâ diximus, ex Ilaia: Nec cepit uisus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Cuius uerba ad amissim expendimus. Asserit idem Spiritus S. ex ore Salomonis: Omnia aurum in comparatione illius arena est exigua. Et tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Est autem beatitudo: Status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et hæc bona non sunt talia qualia, sed ipsius Dei bona, eius diuitiæ, eius gloria, eius omnipotentia, eius maiestas, imo ipse Deus: & quanta est inter Dei bona, ac creaturarum differentia, ac inter ipsum Deum, creaturæ que discrimen creaturas, tantum quoque discrimen agi officimus, inter felicem gloriæ statum, & munditæ uis statum etiam uotis omnibus felicissimum, ac optatissimum: unde quidquid in mundo inuenitur gloriæ, beatitudinis, uoluntatis: In comparatione ipsius arena est exigua. Quocirca considerantes uiam sanctissimi regni illius maiestatem; sibi firmiter persuadent, nec quosuis martyrum cruciatum, nec Confessorum mortificationes, nec diuitem elemosynas, nec quidquid hoc potest in mundo tolerari, ems spectando naturam, æquale tantæ gloriæ premium posse reportari. Hoc omnium ore fateretur D. Paulus, hancque statuit conclusionem: Non sunt contigua passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Suo dignam ingenio proponit D. Chryostomus rationem: quasi ille a Deo post exilia, carcere, calumnias, labores, arumnasque dicat electis suis prout illa autem; post mala multa perpeffa Pharao Iosepho edixerat. Videt Deus (inquit) quo labore rusticus terræ speret diticiem, quas non uites suas impendat eam passinando, aëris perferens iniurias, hyemis frigora, uentorum turbines, solis instantis ardores; optimum ac electissimum domus suæ triticum seminans; & messis tempore, si sit mediocri, præ gaudio tripudiat, ac bene labores esse suos impenfos, solutaque sibi damna, ex percepta messe gratuletur. Attendit mercatorem, qui, ut terrenas sibi congreget diuitias, se matris, terræque libens exponit periculis, ac discrimini ne in pyratum incidat manus, qui eas sibi deripiant; aut hostium qui uitam auferant; à domo, coniuge charissima, sobole dilectissima separatam non tædet uel diuturnam trahere moram: si forte, flante fortuna, decem lucretur millibus ducato.